



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilman**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

16. De quodam Saraceno, qui cum sagittam eiaculatus esset in imaginem  
S. Theodori, sanguis ex ea profluxit, ipse verò cum aliis Saracenis  
infeliciter periit.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

De quodam Saraceno, qui cum sagittam eiacularus  
est in imaginē S. Theodori, sanguis ex ea profu-  
xiiij se vero cum alijs Saracenis infeliciter perire.

CAP. XVI.

**A** Gellus est à Damasco miliaribus quat-  
tuor distans, dictus nomine Carsaras. In  
eo terrae tractu, templum est sancto Theo-  
doro sacrum, quod quidem templum se-  
mel ingressi Saraceni demorati sunt, in eo ex-  
ercentes genus omne obscenitatis & immun-  
ditiae per mulieres, pueros, & brutas animan-  
tes. Una igitur dierum, quum considerarent  
eorum permulti, simulque fabularentur, ex  
his unus iecit sagittam aduersus imaginem  
Theodori, quæ humerum eius dextrum per-  
culit. Ex eo vulnere mox exsiliuit sanguis, qui  
& ad imam usque imaginis partem delapsus  
est, spectatibus omnibus quod siebat signum,  
simul & impactam sagittam humero sancti &  
defluentem sanguinem. Et ne sic quidem spe-  
ctatores admirabili hoc signo admoniti ad cō-  
scientiam redierunt. Qui sagittam impegerat  
sancto, nullam egit poenitentiā. Ne unus qui-  
dem istorum est animo motus, nec è templo  
secesserunt, neq; sibi temperarūt ab eius con-  
taminatione. Veruntamen extremā dederunt  
commissorum vlticem poenam. Quum enim  
familiae essent eorum qui incolebant templū,  
quatuor & viginti, ad unū omnes amarulenta  
morte extincti sunt: eorum vero qui in vicu-  
lo

354 COLLATION. SACRARI  
lo morabatur, nemo interim diem suū obi.  
Ipsa autem imago appetita missili sagitta etiō  
num hodie superest, plagam retinens iactu fa  
gittæ impactam, simul & defluentis sanguinis  
vestigium. Nec pauci eorum sunt superfici  
tes, qui fuerunt spectatores, remq; deprehend  
erunt tunc, quando mirabile signum hoc  
etum est. Quinetiam ipse ego rei gestæ inim  
ginem spectator, quum inuisitatem, quod si  
deram, scripsi.

*Ex vita S. Alberti de monte Drepau Carmelite, ab  
thore ni fallor, Ioanne Maria Politano, quaque  
bes 7. Augusti in tomis Laurentij Surii cap. 24.  
De quodam, qui cum taxillarum insurem perditif  
set, imaginis B. virginis & S. Alberti inuictus ex  
quibus sanguis profluxit, auctor sceleris summa  
tus.*

CAP XXVII.

**I**N castro Drepanensi quidam taxillarum  
Iusu omnem rem suam perdidit, tanto ani  
mi dolore, ut pariter à fide ad desperationem  
desciceret: & ecce venit ad locum, ubi erat ima  
gines B. virginis & S. Alberti: Eas intuens, di  
cit ad imaginem S. Alberti: Totes inuictaui  
te, & non me audisti in necessitatibus meis.  
Quid igitur causæ est, vt te sanctum prædictum,  
cum nulla ratione me potueris iuuare? Absit,  
vt posthaec pro sancto habeam. Tu quoque  
Maria, quæ mater gratia diceris, piæ aures tu  
as occulisti ad preces micas. Inde acepio gla  
dio,